



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

LePrévost, Jean

Dvaci, 1629

Art. IV. Vtrum sit conueniens forma huius Sacramenti: Consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)

signatio fiat pollice, non videtur tamen illo modo
id requiri ad essentiam Sacramenti.

Ex dictis hoc & praecedentibus dubijs satis pa-
tet, quibus ex causis hoc Sacramentum tam varijs
nominibus appelletur. quia enim materia eius est
chrismata, interdum vocatur Sacramentum chris-
matis; quia frons eo chrismate inungitur, inter-
dum appellatur frontis chrismatio; quia id fit in
signum crucis, vocatur signaculum, sigillum;
quia fit manibus Episcopi, vocatur manus im-
positio.

ARTICVLVS IV.

*Virum sit conueniens forma huius Sacra-
menti: Consigno te signo crucis, & con-
firmo te chrismate salutis, in nomine
Patris & Filij & Spiritus Sancti?*

AFFIRMAT. est de fide. patet ex Flor. in de-
creto de Sacramentis, & ex Pontificali Ro-
mano, & Doctoribus qui hanc formam commu-
niter tradunt, in qua exprimitur actio ministri,
materia, subiectum, & finis huius Sacramenti, cum
sit institutum ad hominem spiritualiter confir-
mandum & roborandum, vt fidem coram tyran-
no in persecutione liberè profiteatur. quia autem
idem Sacramentum est complementum & perfe-
ctio baptismi, aptè additur in eadem formā inuo-
catio Trinitatis sub nominibus reatiuis diuina-
rum personarum; quam inuocationem etiam ex
alio capite iam explicato aptè requirit, nimirum
quia datur ad hominem roborandum, vt fidem li-
berè profiteatur, cuius principale obiectum est
Deus vnus & trinus; videturque hanc expressā Tri-
nitatis inuocatio esse de substantia formae, & vi-
detur requiri vt fiat per nomina consueta diuina-
rum personarum, vt de baptismo diximus.

Notandum quod cum praedicta forma sit con-
ueniens & sufficiens, nulla alia sufficiat quae sensu
ei non aequiualet, vt patet in simili de baptismo; &
quia cum constet Sacramenta nouae legis componi
verbis, tanquam formā, illa autē Sacramenta sint
certa & determinate naturae & speciei, relinquitur
necessariò requiri, vt verba quoad sensum sint
certa & determinata.

Confit. Flor. assignans praedictam formam tan-
quam legitimam, videtur omnino insinuare nul-
lam aliam sufficere quae quoad sensum illi non ae-
quiualeat.

Aduerte tamen 1. quod non requiratur vt eo-
dem modo omnia verba enuntientur, sed quem-
admodum baptismus in forma Graecorum colla-
tus est validus, ita Confirmationis Sacramentum
sit futurum validum sub hac vel simili forma col-
latum: *consignetur tibi signum Christi signo crucis &c.*
vel *consignaris*; quia sensus formalis & per se re-
quisitus est idem. vide dicta quaest. 66. art. 5. dub. 1.
& 2. Peccaret tamen grauiter qui hoc modo con-
ferret Sacramentum, eo quod in re graui desle-
teret à communi consuetudine, quae censetur
obligare. vnde

Aduerte 2. quod verba de necessitate praeccepti
debeant exprimi modo vsitato. sed est

D V B I V M.

*Num omnia verba requirantur ad sub-
stantiam & valorem formae?*

VARIJ indicant non requiri, cum aliqui
censeant hanc sufficere: *consigno te in nomine*
Patris &c. vel: *confirmo te in nomine Patris &c.* immò
insinuant posse saluā formae veritate omitti inuo-
cationem sanctissimae Trinitatis. Estius distinct.
7. §. 10. in fine. Ratio est quod in baptismo non
requiratur ad rationem formae vt exprimat mater-
iam, quā confertur baptismus, dicendo: *ego te ba-
ptizo aqua*, sed sufficiat exprimi actionem mini-
stri; ergo similiter in hoc Sacramento sufficit ex-
primi actionem ministri, non expressā materiam.
Quod etiam non requiratur inuocatio Trinita-
tis, probat, quia in baptismo idcirco requiritur,
quod minister in eo non operetur acceptā pote-
state per consecrationem, sicut in alijs Sacra-
mentis.

Alij verò censeant posse omitti hanc verba: *chris-
mate salutis*, quia satis intelliguntur in verbo, *con-
firmo*; ita Bellar. de Confirmatione cap. 10. ex quo
videtur sequi quod illa verba: *signo crucis*, possint
etiam omitti, quia similiter dicuntur includi in
verbo: *consigno*, cum consignatio Christianorum
fiat per crucem, & ita hanc sententia videtur coin-
cidere cum praecedente quoad priorem eius par-
tem.

3. Videri saltem possit quod sufficiat dicere:
consigno te signo crucis chrismate salutis &c. quia eo
ipso quo dicitur: *consigno chrismate*, sufficenter de-
signatur Confirmatio, seu chrismatio, immò vide-
tur posse omitti particula, *salutis*; cum enim chris-
ma adhibeatur ad spirituale robur acquirendum,
satis intelligitur in voce, *chrismate*.

Sed Doctores communiter contrarium sen-
tiunt, vnde

Resp. & dico verba quae in praedicta forma re-
censentur, vel equipollentia sunt de necessitate
formae & Sacramenti.

Probat. Contil. Flor. videtur tradere formam
necessariam quoad totum sensum quem verba
reddunt, igitur omnia verba quoad sensum requi-
runtur ad valorem formae. Consequentia probat-
ur, singula verba in illa forma posita habent si-
gnificationem quae non satis distinctè in alijs con-
tinetur; ergo non possunt aliqua omitti nisi sub-
stituantur alia illis equipollentia. Antecedens ve-
rò probatur, non constat nobis ex vilo principio
theologico, quod aliqua verba potius requiran-
tur quam alia, ergo debemus asserere formam à
Flor. positam secundum omnes suas partes esse ne-
cessariam. Confit. ex Pontificali Romano, vbi ea-
dem ponuntur, & ex Doctoribus, qui passim illa
tradunt.

Vnde deduco 1. non sufficere dicere: *consigno te*
in nomine Patris &c. quia particula, *signo crucis*,
habet significationem quod non satis formaliter in-
telligitur per verbum, *consigno*. nam quamuis
apud Catholicos, praesertim quando agitur de Sa-
cramentis, audito verbo, *consigno*, facile appre-
hendatur id fieri signo crucis, ipsum tamen ver-
bum vi sua & ex communi institutione seu signi-
ficatione id non designat; vt autem vox aliqua in
forma Sacramentorum alteri substituta formam
non vitiet, debet idem distinctè significare.

G g 2

Idem

28.

Varij ne-
gant.Estius.
Eius ratio,

Bellar.

29.

Conclusio.
Omnia sunt
de necessi-
tate Sacra-
menti.
Prob. ex
Flor.Et Pontifi-
cali Rom.

Coroll. 2.

Vox alteri
substituta,
vt formam
non vitiet,
debet idem
distinctè
significare.

Idem dico de verbo, *confirmo*, quod non sufficien-
ter significat Confirmationem, seu corroboratio-
nem fieri chrismate.

Ex quo patet responsio ad rationem secundae
sententiae.

Ad primam sententiam dico in hoc Sacramen-
to non sufficere exprimi actionem ministri, vt no-
bis innotescit ex Flor. sed requiri vt etiam expri-
matur materia & signum quod infigitur. Nec va-
let argumentum à simili de baptismo, cum satis
constet in ijs quæ pendent ab alterius voluntate
argumentum à simili non valere, quando ex alijs
principijs constat aliquid requiri, vt hic constat ex
Flor. & ipso vsu Ecclesie.

Deducitur 2. multò minus *fufficere figno* vel *confirmo*; id est alterutrum istorum verborum, quod in eadem prima sententia insinuat; quia singula habent suum significatum, quod non satis comprehenditur in significato alterius. nam qui dicit *confirmo*, non dicit *configno*, vel contrà. Addo particulam *salutis* videri omnino de essentia, & habere significationem quæ per voces præcedentes non fufficeret innotescit.

Deduco 3. inuocationem Trinitatis esse neces-
sariam; quod patet ex eodem Concilio, quod non
videtur adieci formam ritum acciditalem, quem
admodum nec in alijs formis solent adijcere. Ratio
autem cur huiusmodi inuocatio sit essentialis for-
mæ, in explicatione articuli est allata. Ex qua pa-
tet non requiri in baptismo eo quod eius minister
nullam acceperit consecrationem, sed ex alio ca-
pite.

Confir. communiore & veriori sententia minister Sacramenti matrimonij nullam accepit consecrationem, cum sint ipsi contrahentes, & tamen ad rationem formæ matrimonij non requiritur invocatio Trinitatis.

Ad ea quæ tertio loco adferuntur, Resp. non
sufficere etiam si dicatur *confero te signo crucis, chris-*
mate salutis quia, vt ostensum est, verbum *confero*,
habet significationem quæ non satis innotescit
præcisè per verbum *signo*.

Nec refert quòd hic fufficienter intelligatur, quando dicitur, *configno chrifmate*, quia etiam eo cafu id non oritur, ex vi verbi, feu ex communi modo fignificandi, fed ex eo quòd peritiores inter Catholicos facile intelligat huiusmodi confignationem tendere ad confirmationem hominis.

Ex his colligo improbabilem esse sententiam Amalarij lib. i. de Ecclesiasticis officiis cap. 27. docentis formam huius Sacramenti esse deprecatoriam. cum enim nostra quoad sensum deprecatoria non sit, sequitur deprecatorium quoad sensum non sufficere, unde si quis deprecatoriū diceret *signa eum Deus &c.* nihil efficere, constaret tamen Sacramentum si in sensu indicatius diceretur.

Contra resolutionem Obijciunt 1. quod Pontifex administrans hoc Sacramentum pro forma solum videatur vsurpare hæc verba; *in nomine Patris & Filij & Spiritus S. pax tibi*, vt indicat Aquinus lib. de diuinis officiis cap. de sabbato sancto.

Resp. hoc dici non posse, cum forma à nobis
relata ponatur in Romano Pontificali, siquē im-
probabile non vsurpari à Pontifice. vnde dico Al-
cuium vel non referre integram formam, vel cer-
te eam in præcedentibus intellexisse.

Obijcitur 2. in decretis Sylvestri refertur eum

confirmasse Constantinum sub hac forma: *signet te Deus sigillo fidei suae in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti in consignatione fidei; quae forma etiam refertur in edicto generali Constantini.*

Resp. non omnia referri quæ Sylueſter dixit, ^{Reſp.}
aut fecit, ſed ſolùm breuiter inſinuari. unde ex
eo loco non poteſt quidquam contra nos col-
ligi.

Objicitur 3. quòd SS. Patres nunquam huius Obsecra-
formæ meminerint.

Resp. ita sit, sufficit quòd traditione ad nos per-
uenierit, satis enim constat Patres rarò formas Sa-
cramentorum ex professo relinquere scriptas, ne
illas ethnicis prodere videantur, vt ait Innoc. I.
epist. I. cap. 3.

Refp. PP. rarò formas Sa-
cramen-
torum scri-
ptas fuit

Cum ex dictis constet sufficere si seruetur sensus formæ, quamvis voces mutantur; sic dicitur *signo*; siue, *confirma*, valebit Sacramentum, quia idem significatur, immò videtur valere, si dicitur; *insignio te signo crucis*; similiter valebit, si dicitur: *firmiter, roboro*; item si loco, *salutis*, ponatur, *sanctificationis*, vt communiter Doctores.

Sotus distinct. 7. quæst. vnica art. 4. censet loco: *confirmo*, posse poni, *perficio*; sed id videtur minus probabile, quia verbum, *perficio*, non satis distinctè dicit perfectionem per modum corroborationis & confirmationis. Non videtur etiam loco, *chrismate*, poni posse, *unguento*, vel *oleo*, quia hæc non sufficienter denotant chrisma, quod est materia huius Sacramenti.

Nec refert quòd Patres materiam huius Sa-
cramenti interdum vocent vnguentum, vt Dion.
oleum, vt Innoc. i. cap. 3. citato, quia non intend-
unt adequatè materiam exprimere, prout ex
usu Ecclesiæ debet exprimi in forma Sacramen-
ti, sed vel sub generali nomine de illa agere,
vel sub vna parte materiam aliam subintelligere.

Dubitari verò potest num loco, *signo crucis*, dici posset, *signaculo* vel *sigillo fidei*, & probable est posse, quia vsu Christianorum signaculum fidei vel sigillum distinctè significat signum crucis.

Ex dictis dub. 2. art. 2. facillè potest colligi Apo-
stolos in collatione huius Sacramenti vfos forma
relata, cum existimemus illos semper vfos chris-
mate pro materia, nec sit ratio afferendi eos for-
mæ neglexisse. cum ergo Act. 8. dicuntur oras-
se, vel Lucas non expressit formam, fed tantum
orationem præambulam; vel, si formam denota-
rit, non denotavit expresse. Quidam etiam existi-
mant vfos formâ præscripta, licet non vterentur
chrismate. Henríquez lib. 3. cap. 1. num. 3. Sed id est
omnino improbabile, cum forma fuisset falsa, vt
patet. verius ergo est quod censent alij, si videri-
et Apostoli hoc Sacramentum hinc chrismate
contulerint, eos nulla certa verborum forma vfos
fuisse.

ARTICVLVS V.

*Utrum Sacramentum Confirmationis im-
primat characterem?*

AFFIRMAT; quod est de fide, definitum in
Flor. decreto de Sacramentis & Trid. sess.
7. can. 9. de Sacramentis in genere. hinc est quod
Sacramentum Confirmationis iterari nequeat,